



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXXXIII. De oratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

AD SECVNDVM Dicendum, quod ea, quae sunt diuinitatis, sunt secundum se maxime excitantia dilectionem, & per consequens deuotionem: quia Deo est super omnia diligendus. Sed ex debilitate mentis humane est, quod sicut indigent manu ductione ad cognitionem diuinorum: ita ad dilectionem per aliquam sensibilia nobis nota, inter quae praecipuum est humanitas Christi, secundum quod in praefatione dicitur. Vt dum uisibiliter Deum cognoscimus, per hanc inuisibilem amorem rapiamur. Et ideo ea quae pertinent ad Christi humanitatem per modum tantam manu ductionis, maxime deuotionem excitant, cum tamen deuotio principaliter circa ea, quae sunt diuinitatis, consistat.

AD TERTIVM Dicendum, quod scientia, & quicquid aliud ad magnitudinem pertinet, occasio est, quod homo consideret de seipso, & ideo non totaliter se Deo tradat. Et inde est, quod huiusmodi quandoque occasionaliter deuotionem impediunt, & in simplicibus, & mulieribus deuotio abundat elationem comprimendo. Si tamen scientiam, & quamcumque aliam perfectionem homo perfecte Deo subdat, ex hoc ipso deuotio augetur.

ARTICVLVS III.

Vtrum letitia sit deuotionis effectus.

AD QVARTVM sic procedit. Vbi, quod letitia non sit deuotionis effectus: Quia ut dictum est, passio Christi praecipue ad deuotionem excitat: sed ex eius consideratione consequitur in anima quaedam afflictio, secundum illud Tre. 3. Recordare paupertatis meae, abstinentiae, & sellis quod pertinet ad passionem: & postea subditur: Memoria memor ero, & tabescet in meani mea. ergo delectatio, siue gaudium non est deuotionis effectus.

¶ 2 Praet. Deuotio praecipue consistit in interiori sacrificio spiritus: sed in Psal. 50. dicitur, Sacrificium Deo spiritus contribulatus. ergo afflictio magis est deuotionis effectus quam iucunditas, siue gaudium.

¶ 3 Praet. Greg. Nilenus dicit in lib. de homine, quod sicut risus procedit ex gaudio, ita lacryma, & gemitus sunt signa tristitia: sed ex deuotione contingit, quod aliqui prorumpant in lacrymas. ergo letitia, uel gaudium non est deuotionis effectus.

SED CONTRA est, quod in collecta dicitur. Quos ieiuniorum castigat, ipsa quoque deuotio sancta letificet.

RESPON. Dicendum, quod deuotio per se quod est, & principaliter ipsa letitia meritis causat, ex consequenti autem, & per accidens causat tristitia. Dicitur enim est, non quod deuotio ex duplici consideratione procedit. Principaliter quidem ex consideratione diuinae bonitatis: quia ista consideratio pertinet quasi ad terminum motus uoluntatis traditis se Deo. Et ex ista consideratione per se quod sequitur delectatio, secundum illud Psal. 76. Memor fui Dei, & delectatus sum. Sed per accidens haec consideratio tristitia quaedam causat in his, qui non dum plene Deo fruuntur, secundum illud Psal. 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem uinum, & postea sequitur: Fuerit mihi lacrymae meae. &c. Secundario uero datur deuotio, ut dicitur, ex co-

sideratione propriorum defectuum. Nam haec consideratio pertinet ad terminum, a quo homo per motum uoluntatis deuote recedit, ut, si non in se existat, sed Deo se subdat. Haec autem consideratio econuerso se habet ad primam. Nam per se quidem nata est tristitia causare, recogitando proprios defectus, per accidens autem letitiam, si propter spem diuinam subuentionis. Et sic patet quod ad deuotionem primo, & per se consequitur delectatio: secundario autem, & per accidens tristitia, quae est secundum Deum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in consideratione passionis Christi est aliquid quod contristet, si defectus humanus, propter quem tollendum Christi pati oportuit: & est aliquid quod letificet, si Dei erga nos benignitas, quae nobis de tali liberatione prouidit.

B AD SECVNDVM Dicendum, quod spiritus, qui ex una parte contribulatur propter praesentis uitae defectus, ex alia parte condelectatur ex consideratione diuinae bonitatis & ex spe diuini auxilii.

AD TERTIVM Dicendum, quod lacrymae prorumpunt non solum ex tristitia, sed etiam ex quadam affectus tenerritudine, praecipue cum consideratur aliquid delectabile cum permissione alicuius tristabilis, sicut solent homines lacrimari ex pietatis affectu cum recuperant filios, uel charos amicos, quos estimauerant se perdidisse. Et per hunc modum lacrymae ex deuotione procedunt.

¶ Super quae. articulum primum.

QVAESTIO LXXXIII.

De Oratione, in decem & septem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de oratione. Et circa hoc quaeruntur decem & septem.

¶ Primo, Vtrum oratio sit actus appetitiuae uirtutis, uel cognitioe.

¶ Secundo, Vtrum sit conueniens orare Deum.

¶ Tertio, Vtrum oratio sit actus religionis.

¶ Quarto, Vtrum solus Deus sit orandus.

¶ Quinto, Vtrum in oratione sit aliquid determinate petendum.

¶ Sexto, Vtrum orando debeamus temporalia petere.

¶ Septimo, Vtrum pro aliis orare debeamus.

¶ Octauo, Vtrum debeamus orare pro inimicis.

¶ Nono, De septem petitionibus orationis dicitur.

¶ Decimo, Vtrum orare sit proprium rationalis creaturae.

¶ Undecimo, Vtrum sancti in patriam orent pro nobis.

¶ Duodecimo, Vtrum oratio debeat esse uocalis.

¶ Tertiodecimo, Vtrum attentio requiratur ad orationem.

¶ Quarto decimo, Vtrum oratio debeat esse diurna.

¶ Quintodecimo, Vtrum oratio sit efficax ad impetrandum quod petitur.

Secunda Secunda S. Thomae.

IN art. 1. q. 83. aduerte diligenter, quod licet orationis nomen plures significationes habeat, & aliter apud grammatikos, & aliter apud rhetores, aliter apud theologos sumatur, ut de se patet: non ideo author etymologiam Cassiodori, quae etiam est Hieronymi, attulit, ut significationem sui per etymologia fundaret, sed ut ex illa occasionem haberet ingressus ad distinctionem orationis speculatiuae, & practicae, & ex earum officijs unam manifesta orationis significationem, quae est ad propositum, scilicet deprecationem, locare in proprio subiecto, ac per hoc responderet quaesito. Habes igitur ex hoc loco quid nominis: quia significat petitionem. Habes etiam quodammodo quid rei: quia petitio est actus rationis practicae, quo homo dispostruit ordinat aliquid per alium agentem. Per has enim particulas distinguitur ab actibus appetitiuis, & rationis speculatiuae, & alijs actibus rationis practicae, ut facile est discernere per eandem. Memento tamen

BB men

men hic, quod quia ratio practica ab appetitu mouetur, & petitio in ratione practica se habet ut conclusio ultima. sicut imperium: propter quod sicut oportet praconuiliari, & iudicare de praecipendis, & ultimo precipere, ita oportet praconuiliari, & iudicare de petendis, & tandem petere: ideo petitio est actus rationis, ut subest uoluntati, sicut imperium. Et propterea oratio attribuitur utrique, intellectui, & uoluntati, & uoluntas in culpa est, cum ab oratione debita deficit.

3 q. 21. ar. 2. Et 4. dist. 15. q. 2. ar. 1. q. 1. & q. 2. cor. & ad 2.

Ca. 3. paulo a prin. illi.

Li. 3. rex. 21. tomo 2.

D. 758.

Li. 10. c. 4. & ca. 14. cuius principium est, Orthodoxy, in princ.

Pfal. 38. non multum remore a fin.

¶ Decimosexto, Vtrum sit memoria.
¶ Decimoseptimo, De speciebus orationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum oratio sit actus appetitiua uirtutis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod oratio sit actus appetitiua uirtutis. Orationis enim est exaudiri: sed desideriu est, quod exauditur a Deo, secundum illud Psal. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. ergo oratio est desiderium: sed desiderium est actus appetitiua uirtutis: ergo & oratio.

¶ 2. Præterea Dionysius dicit in 3. ca. de diu. no. Ante omnia ab oratione incipere est utile, sicut Deo nos ipsos tradentes, & uniueres: sed unio ad Deum per amorem fit, qui pertinet ad uim appetitiua. ergo oratio ad uim appetitiua pertinet.

¶ 3. Præterea Philoſophus in 3. de aia. ponit duas operationes intellectiua paritatis, quarum prima est indiuisibilium intelligentia, per quam. apprehendimus de unoquoque quod est. Secunda uero est compositio, & diuisio per quam. apprehendit aliquid esse, uel non esse: quibus tertio additur ratiocinari, procedendo. s. de notis ad ignota: sed oratio ad nullam istarum operationum reducitur. ergo non est actus intellectiua uirtutis: sed appetitiua.

SED CONTRA est, quod Isidorus dicit in li. 2. Etymol. q. orare, idem est quod dicere: sed dictio pertinet ad intellectum. ergo oratio non est actus appetitiua uirtutis: sed intellectiua.

RESPON. Dicendum, quod secundum Cassiodorus oratio dicitur quasi oris ratio. Ratio autem speculatiua, & practica in hoc differunt, quod ratio speculatiua est apprehensiuu solum rerum: ratio uero practica est non solum apprehensiuu, sed etiam causatiua. Est autem aliquid alterius causa dupliciter. Vno quidem modo, perfecte necessitatem inducendo: & hoc contingit, quando effectus totaliter subditur potestati causa. Alio uero modo, imperfecte solum disponendo, quando scilicet effectus non subditur potestati causa totaliter. Sic ergo & ratio dupliciter est causa aliorum. Vno quidem modo sicut necessitate imponens. Et hoc modo ad rationem pertinet non solum imperare inferioribus potentiis, & membris corporis, sed etiam ho-

minibus, & subiectis, quod quidem fit imperando. Alio modo, sicut inducens, & quodammodo disponens. Et hoc modo ratio petit aliquid fieri ab his, qui non subliciuntur siue sint aequales, siue sint superiores. Vtrumque autem horum, s. imperare, & petere, siue deprecari, ordinationem quandam implicet homo disponit aliquid per alium, unde pertinet ad rationem communiorem. Propter quod Philoſophus dicit in 2. de oratione, prout significat quandam petitionem, secundum quod dicitur in li. de uerbis Domini, quod oratio petit est. Et Damascenus dicit in tertio libro de oratione, quod oratio petit est petitio decetium a Deo. Sic ergo oratio, de qua nunc loquimur, est ratio communiore.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod pauperum dicitur dominus exaudire, quod dicitur in li. de uerbis Domini, quod oratio petit est. Et Damascenus dicit in tertio libro de oratione, quod oratio petit est petitio decetium a Deo. Sic ergo oratio, de qua nunc loquimur, est ratio communiore.

AD SECUNDVM dicendum, quod hoc est, uoluntas mouet rationem ad uide nihil prohibet mouente uoluntatis tendere in finem charitatis, quod tendit autem oratio in Deum, quod charitatis motus, dupliciter. Vno quidem parte eius quod petitur, quia hoc precatione petitur ut Deo uniamur, secundum Psal. 26. Vnam petiua domino, hanc concupiscit in domo dominionibus dicitur. Alio modo, ex parte petentis, quem oportet ad eum, a quo petit uel loco sic ad mente petit ad Deum. Vnde dicitur in orationibus inuocamus Deum, uel inuocamus ipsi. Et secundum hoc etiam Damascenus dicit, quod oratio est ascensus mentis in Deum.

AD TERTIUM dicendum, quod illud non ad rationem speculatiua: sed ad rationem practica pertinet causare aliquid imperii, uel per modum petitionis.

ARTICVLVS II.

Vtrum sit conueniens orare.

AD SECUNDVM sic procedit. Videtur, quod non sit conueniens orare. Orationis enim uidetur esse necessaria ad hoc, quod inuocemus ei, a quo petimus, id quo indigemus, sed sicut dicitur Matthei sexto. Scit pater uester, quia his omnibus indigetis: ergo non est conueniens Deum orare.

¶ 2. Præterea. Per orationem seditur animus eius qui oratur, ut faciat quod ab eo petitur: sed animus Dei est immutabilis, & inflexibilis, secundum illud primi Reg. decimo quinto. Porro triumphator in Israe non parcat, nec penitit dicitur. ergo

non est conueniens, quod Deum a oremus.

¶ 3 Præte. Liberalius est dare aliquid non petenti, quam dare petenti: quia sicut * Seneca dicit, Nulla res carius emitur, quam quæ precibus empta est: sed Deus est liberalissimus. ergo non uidetur esse conueniens, quod Deum a oremus.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 11. Oportet semper orare, & non deficere.

RESPON. Dicendum, quod triplex fuit circa orationem antiquorum error. Quidam enim posuerunt, quod res humana non reguntur diuina prouidentia, ex quo sequitur quod uanum sit orare, & omnino Deum colere: & de his dicit Malach. 2. Dixistis, uanum est qui seruit Deo. Secunda fuit opinio ponentium omnia etiam in rebus humanis ex necessitate contingere sive ex immutabilitate diuinæ prouidentie, sive ex necessitate stellarum, sive ex connexione carum: & secundum hos etiam excluditur orationis utilitas. Tertia fuit opinio ponentium quidem res humanas diuina prouidentia regere, & quod res humanae non proueniunt ex necessitate: sed dicebant similitur dispositione diuinæ prouidentie variabilem esse, & quod orationibus, & aliis, quæ ad diuinum cultum pertinent, dispositio diuinæ prouidentie immutatur. Hæc autem omnia in 1. lib. improbata sunt. Et ideo oportet sic inducere orationis utilitatem, ut neque rebus humanis diuinæ prouidentie subiectis necessitatem imponam, neque etiam diuinam dispositionem mutabilem æstimemus.

Ad huius ergo euidentiæ considerandum est, quod ex diuina prouidentia non solum disponitur qui effectus fiat, sed etiam ex quibus causis, & quo ordine proueniant. Inter alias autem causas sunt etiam quorundam causæ actus humani: unde oportet homines agere aliqua non ut per suos actus diuinam dispositionem immutent, sed ut per actus suos impleant quosdam effectus secundum ordinem a Deo dispositum. Et idem etiam est in naturalibus causis: & simile est etiam de oratione. Non enim propter hoc oramus, ut diuinam dispositionem immutemus, sed ut id impetremus, quod Deus disposuit per orationes sanctorum esse implendum, ut scilicet homines postulando mereantur accipere, quod eis Deus omnipotens ante sæcula disposuit donare, ut Gregor. * dicit in lib. dialogorum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non est necessarium nos Deo preces porrigere, ut ei nostras indigentias, uel desideria manifestemus, sed ut nos ipsi consideremus, in his ad diuinum auxilium esse recurrendum.

AD 11. dicendum, quod sicut dictum * est, oratio nostra non ordinatur ad immutationem diuinæ

A dispositionis, sed ut obtineatur nostris precibus, quod Deus disposuit.

AD TERTIUM dicendum, quod Deus nobis multa præstat ex sua liberalitate; etiam non petita: sed quod aliqua uult præstare nobis petentibus, hoc est propter nostram utilitatem, ut scilicet fiduciam quamdam accipiamus recurrenti ad Deum, & ut re cognoscamus cum esse bonorum nostrorum auctoritatem. Vnde * Chrysostomus dicit. Considera quantum tibi concessa felicitas, quanta gloria attributa, orationibus fabulari cum Deo, cum Christo miscere colloquia, optare quod uelis, quod desideras postulare.

In sen. etia id habet in li. 2. de oratione Dei, non peti a priu. cap. incipit, Duplex nomine par. e.

ARTICVLVS III.

Utrum oratio sit actus religionis.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod oratio non sit actus religionis. Religio enim cum sit pars iustitiæ, est in voluntate sicut in subiecto: sed oratio pertinet ad partem intellectiuiam, ut ex supra * dictis patet: ergo oratio non uidetur esse actus religionis, sed doni intellectus, per quod mens ascendit in Deum.

¶ 2 Præte. Actus latræ cadit sub necessitate precepti: sed oratio non uidetur cadere sub necessitate precepti, sed ex mera uoluntate procedere, cum nihil aliud sit quam uolitorum petio: ergo oratio non uidetur esse religionis actus.

¶ 3 Præte. Ad religionem pertinere uidetur, ut quis diuinæ naturæ cultum, ceremoniamque afferat: sed oratio non uidetur aliqd Deo afferre, sed magis aliquid obtinendum ab eo petere: ergo oratio non est religionis actus.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Vbi dicit gl. quod in huius figuram in veteri lege incensum dicebatur offerri in odorem suauem domino: sed hoc pertinet ad religionem: ergo oratio est religionis actus.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra * dictum est, ad religionem proprie pertinet reuerentiam, & honorem Deo exhibere: & ideo omnia illa, per quæ Deo reuerentia exhibetur, pertinent ad religionem. Per orationem autem homo Deo reuerentiam exhibet, in quantum scilicet ei subijcit, & proficitur orando se eo indigere, sicut auctore suorum bonorum. Vnde manifestum est, quod oratio est proprie religionis actus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uoluntas mouet alias potetias a se in suum finem, sicut supra * dictum est. Et ideo religio, quæ est in uoluntate, ordinat actus aliarum potetiarum ad Dei reuerentiam. Inter alias

Secunda Secunda S. Thomæ.

Super quest. ad uage. simplicitate. Articuli tertium.

IN articulo tertio eiusdem questionis. auerte, quod in oratione, seu petitione considerari possunt tria, scilicet res petita, petio, & petens. Si consideremus rem petitam, sic orationem non damus Deo, sed ab ipso dari aliquid postulamus. Si consideremus petitionem, sic orando offerimus Deo: nam ipse actus petendi est actus subiectionis, & professionis uirtutis. Qui enim petit ab aliquo, indiget illo, ac per hoc se subijcit illi petendo, in cuius signum superbi potius uolunt indigentiam tolerare, quam humiliare se petendo aliquid ab aliqua persona. Rursus, qui petit, proficitur, petendo in illo, a quo petit, esse potentiam ad adiuuandum, esse misericordiam, uel iustitiam, uel prouidentiam. &c. unde ipse per exaudiri. Et propter hoc petio, seu oratio ponitur actus religionis, cuius est honorem Deo exhibere. Honoramus siquidem Deum petendo, & tanto magis, quanto uel ex more petendi, uel re petita profitemur ipsum esse supra omnia creatorem, prouidentem, redemptorem, & cetera. Et hoc est quod auctor intendit in corpore articuli. Si autem consideremus petentem, sic cum homo petat per mentem, quia petio est actus mentis, & mens sit nobilissimum quod sit in homine, sic petendo subijcitur Deo nobilissimam partem nostri, dum utimur ead ad petendum a Deo, hoc est, ad honorem.

Infra. 15. cor. Et 1. d. 15. q. 4. arti. 1. q. 2. & arti. 5. q. 1. ad 2.

Art. 1. huius q.

q. 81. artic. 2. & 4.

D. 77. Arti. 1. huius q. ad 2.

BB 2 noran-

morandum Deum, vt declaratum est. Et sic orando offerimus, & sacrificamus mentem Deo: sicut genu stectendo genua offerimus, & sacrificamus Deo ipsis ad Dei honorem vtendo. Et hoc est, quod author intendit in litera in response ad tertium.

¶ Super quest. octuagesime tertie articulum quartum.

IN articulo quarto dubium occurrit circa rationem in litera redditam, quare solus Deus debet orari: quia scilicet omnes orationes nostrae ordinari debent ad gratiam, & gloriam consequendam, qua solus Deus dat. Dupliciter namque desecere videtur, primo in veritate assumpti: quia multa licite potest homo desiderare, & facere absque ordine ad consecutionem gloriae, vt patet de desiderijs, & operibus communitatum corporaliu, salutis patriae, honoris parentis, & huiusmodi apud constitutos in mortali peccato, & infideles, &c. Quicquid autem potest desiderari licite, potest quoque licite in oratione peti. Secundo, in illatione: quoniam dato quod finis omnium orationum sit gloria a solo Deo donabilis, multa tamen quae sunt media ad talem finem, effici possunt ab alijs a Deo, ut patet de instructione, custodia, & alijs huiusmodi.

Art. 1. huius q. 2.

4. di. 15. q. 4. art. 1. q. 1. & di. 18. q. 1. art. 1. q. 1. ad 2. ¶ Art. 1. p. 2.

Ca. 13. 15. & 16. tom. 4.

¶ Ad hoc dicitur, quod ratio verum, per se loquendo de oratione fidelium ad cuius euidenciam scitur, quod oratio tripliciter inuenitur, scilicet ordinata, inordinata priuatiue, & inordinata contrarie. Oratio ordinata est sola illa, quae ordinatur ad supremum omnium appetibilem, quod beatitudo aeterna est. Et ratio est, quia primum in vnoquoque ordine est causa omnium, quae sunt post. Ac per hoc supremum appetibilem est causa finalis omnium appetibilem: & propterea omnes petitiones debent ordinari ad talem finem. Et quia orationes fidelium a religione, & fide procedunt, ordinatae ad supremum supernaturalem finem, quem respiciunt proportionabiliter: ideo verum est per se loquendo, quod omnes orationes fidelium ordinantur ad gloriam aeternam: & de his loquitur litera. Oratio vero inordinata priuatiue, est quae caret ordine ad finem vltimum charitatis, vt cum quis in peccato mortali orat pro sanitate corporis, nihil curans an expediat ad vitam aeternam, an contrarietur eidem. Et huiusmodi orationum habitum intentum quandoque est maximum malum: & sunt communes secundum genus suum fidelibus, & infidelibus. Nec mentes orationes dici simpliciter: quia nec sunt simpliciter actus

aut potentias animae intellectus? alior est, & voluntati propinquior: Et ideo post deuotionem, quae pertinet ad ipsam voluntatem, oratio, quae pertinet ad partem intellectus nam, est praecipua inter actus religionis, per quam religio intellectum hominis mouet in Deum.

AD SECUNDVM dicendum, quod non solum petere quae desideramus, sed etiam recte aliquid desiderare sub praecipio cadit: sed desiderare quidem cadit sub praecipio charitatis, petere autem sub praecipio religionis: quod quod quidem praecipium ponitur Math. 7. vbi dicitur. Petite, & accipietis.

AD TERTIVM dicendum, quod oratio tradit homo mentem suam Deo, quam ei per reuerentiam subiicit, & quodam modo praesentat, vt patet ex autoritate Dionysij prius inducta. Et ideo sicut mens humana praeminet exterioribus, & corporalibus membris, vel exterioribus rebus, quae ad Dei seruitium applicantur, ita etiam oratio praeminet alijs actibus religionis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum solus Deus debeat orari.

AD QVARTVM sic proceditur. Vbi, quod solus Deus debeat orari. Oratio. n. est actus religionis, vt dictum est: sed solus Deus est religione colendus: ergo solus Deus est orandus.

¶ 2. Præter. Frustra porrigitur oratio ad eum, qui orationem non cognoscit: sed solius Dei est orationem cognoscere, tum quia plerumque oratio magis agit in inferiori actu, quem solus Deus cognoscit, quae voce, secundum illud, quod Apostolus dicit 1. ad Corinthios 14. Orabo spiritu, orabo & mente: tum etiam quia vt Aug. dicit in lib. de cura pro

religionis, utpote ad ipsius ordinem non tantum inordinata contrarietur, est petio habens uitae aeternae, ut orare pro uiuifica, ut pro orationes: sed exactiones sunt & littera aeternae sunt, tantum loquitur. Illatio quoque est mortuus agenda, Nesciunt mortui etiam sancti, quid agant uiui, etiam eorum filii, ergo oratio non est nisi Deo porrigenda.

¶ 3. Præter. Si aliquibus sanctis orationem porrigimus, non est nisi in quantum sunt Deo coniuncti: sed quidam in hoc mundo uiuunt, uel in purgatorio etiam existentes, sunt multum Deo coniuncti per gratiam, ad eos autem non porrigitur oratio, ergo nec ad sanctos, qui sunt in paradiso, debemus orationem porrigere.

SED CONTRA est, quod dicit Iob, Voca, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere.

RESPOND. Dicendum, quod oratio porrigitur alicui dupliciter. Vno modo, quasi per ipsum impleta: alio modo, sicut per ipsum impetranda. Primo quidem modo, sicut Deo oratione porrigimus, quia omnes orationes nostrae ordinari debent ad gratiam, & gloriam consequendam, quae solus Deus dat, sicut illud Psalmi 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Sed secundo modo, orationem porrigimus sanctis angelis, & hominibus, non ut per eos Deum nostras petitiones cognoscat, sed ut eorum precibus, & meritis orationes nostrae fortius effectum.

Et ideo dicitur Apoc. 8. quod ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angelorum coram Deo. Et hoc etiam patet ex ipso modo, quo Ecclesia utitur in orando. Nam a sancta Trinitate petimus, ut nostri miseretur: ab angelis autem sanctis quibuscumque petimus, ut orent pro nobis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illi soli impendimus orationem religionis cultum, a quo querimus obtinere quod oramus, quia in hoc protestamur eum bonorum nostrorum autorem, non autem eis, quos requirimus quasi interpellatores nostros apud Deum.

rum decet, quod cognoscat petitiones nostras, quenter primo modo uideant in Verbo excellentia est. Et hoc est in suo modo interpellandi sanctos, ut ora pro nobis. Nisi enim praesupponeat, quod Deo fruuntur, orationes nostras, quae uelaret orationes nostras, & sic per orationem hi uidentur hac Ecclesiae auctoritas, quae propter quod sic esse credo. Cum qua luminacionibus cognoscat quid cum lumine aut quid simpliciter orandum pro eis, ut uident ipsa Verbi uisione. An autem hoc aut quomodo implendi sit, & an Deo hoc

do modo dicunt. Et propterea ecclesia Deum rogat, ut faciat sanctos orare pro nobis dicēs. Tribue quæsumus Domine omnes sanctos tuos regere pro nobis orare. Nam vidēs sancti orationes non, nesciunt si orantur est Deus sim piter pro illa petitione, ut dicitur est.

noce, vel corde, & iō petitiones, quas ad eos dirigimus, Deo manifestante cognoscunt.

AD TERTIUM Dicendum, quod illi, qui sunt in hoc mundo, aut in purgatorio, nondum fruuntur visione Verbi, ut possint cognoscere ea, que nos cogitamus, vel dicimus. Et ideo eorum suffragia non imploramus orando, sed a uiuis petim⁹ colloquēdo.

ARTICVLVS V.

Vtrum in oratione debeamus aliquid determinate a Deo petere.

AD QUINTUM sic procedit. Videtur, quod in oratione nihil determinate a Deo petere debeamus. Quia, ut Damasc. dicit. Oratio, est petitio decenti a Deo. Vnde inefficax est oratio, per quam petitur id, quod non expedit, secundum illud Iac. 4. Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis. sed sicut dicit Rom. Quid oremus, sicut oportet, nescimus: ergo non debemus aliquid orando determinate petere.

¶ 2 Præt. Quæcumque aliquid determinate ab alio petit, nititur uoluntatem ipsius inclinare ad faciendum id, quod ipse uult: non autem hoc scdere debemus ut Deus uelit quod nos uolumus, sed magis ut nos uelimus, quod ipse uult, ut dicit glo. super illud Psal. 32. Exultate iusti in Domino: ergo non debemus aliquid determinate a Deo in oratione petere.

¶ 3 Præt. Mala a Deo petenda non sunt, ad bona autem Deus nos inuitat: frustra autem ab aliquo petitur, ad quod accipiendum inuitatur: ergo non est determinate aliquid a Deo in oratione petendum.

SED CONTRA est, quod Dominus Matt. 8. & Lii. docuit discipulos determinate petere ea, quæ continentur in petitionibus orationis dominicæ.

RESPON. Dicendum, quod sicut M. Valerius refert, Socrates nihil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur, quam ut hona tribuerent, quia hi demum scirent, quid unicuique esset utile: nos autem per unque id uotis expetimus, quod non impetrassemus melius foret. Quæ quidem sententia aequaliter uera est, quantum ad illa quæ possunt malum euentum habere, quibus etiam homo potest male, & bene uti: sic diuitiæ, quæ, ut ibidem dicitur, multis exitio fuerunt, honores etiam complures pessum dederunt: regna, quorum exitus sæpe miserabiles cernuntur: splendida coniugia, quæ nonnunquam funditus domos euerunt. Sunt tamen quedam bona, quibus homo male uti non potest, quæ, s. malum euentum habere non possunt. Hæc autem sunt, quibus beatificamur, & quibus beatitudinem meremur, quæ quidem sancti orando absolute petunt, s. illud 79. Ostende faciem tuam, & salui erimus. Et iterum 118. Deduc me in semitam mandatorum tuorum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod licet homo ex se scire non possit quid orare debeat. Spiritus tñ, ut

A ibidem dicitur, in hoc adiuuat infirmitatē nostram, quod inspirando nobis sancta desideria recte postulare nos facit. Vnde Dominus dicit Io. 4. quod ueros adoratores, adorare oportet in spiritu, & ueritate.

AD SECUNDUM dicendum, quod cum orando petimus aliqua, quæ pertinent ad nostram salutem, conformamus uoluntatem nostram uoluntati Dei, de qua dicitur 1. ad Timoth. 2. quod uult omnes homines saluos fieri.

AD TERTIUM dicendū, quod sicut bona Deus nos inuitat, quod ad ea non passibus corporis, sed piis desideriis, & deuotis orationibus accedamus.

ARTICVLVS VI.

Vtrum homo debeat temporalia petere a Deo orando.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod homo non debeat temporalia petere a Deo orando. Quia. n. orando petimus, querimus: sed temporalia non debemus querere, dicitur. n. Matth. 6. Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiucentur uobis, s. temporalia, quæ non querenda dicit, sed adiucentia que sitis. ergo temporalia non sunt in oratione a Deo petenda.

¶ 2 Præt. Nullus petit nisi ea, de quibus est sollicitus: sed de temporalibus sollicitudinem habere non possumus, secundum quod dicitur Matth. 6. Nolite solliciti esse anima uestræ quid manducetis, ergo temporalia petere non debemus orando.

¶ 3 Præt. Per orationem nostram mens debet eleuari in Deum: sed petendo temporalia descendit ad ea, quæ infra se sunt, contra id, quod Apost. dicebat 2. ad Cor. 4. Non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed que non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, eterna. ergo non debet homo temporalia in oratione a Deo petere.

¶ 4 Præt. Homo non debet petere a Deo, nisi bona, & utilia: sed quandoque temporalia habita sunt nouicia non solum spiritualiter, sed etiā temporaliter. ergo non sunt in oratione a Deo petenda.

SED CONTRA est, quod dicitur Prouer. 30. Tribue tantum uictui meo necessaria.

RESPON. Dicendū, quod sicut Aug. dicit ad Probā, de orando Deum. Hoc licet orare, quod licet desiderare: Temporalia autem licet desiderare, non quidē principaliter, ut in eis finem cōstituamus, sed sicut quedā adminicula, quibus adiuanur ad tendēdum in beatitudinem, in quātum. s. per ea uita corporalis fit stentatur, & inquantū nobis organice deseruiunt ad actus uirtutum. Vt etiam Philosoph. dicit in 1. Ethic. & ideo pro temporalibus licet orare. Et hoc est, quod Aug. dicit ad Probam, quod sufficientiam uitæ non indeceter uult, quisquis eam uult, & non amplius: quæ quidem non appetitur propter seipsam, sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personæ hominis, ut non sit inconueniens eis, cum quibus uiuendum est. Ista ergo cum habentur, ut teneantur, cum non habentur, ut habeantur, orandum est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod temporalia non sunt querenda principaliter, sed secundario. Vnde Aug. dicit in lib. de serm. do. in monte. Cum dixit illud, primo querendum est, s. regnum Dei, significauit, quia hoc. s. temporale bonum posterius querendum est, non tempore, sed dignitate: illud tamquam bonum nostrum, hoc tamquam necessarium nostrum.

AD II. dicendum, quod non quælibet sollicitudo rerum temporalium est prohibita: sed superflua, & Secunda Secundæ S. Thomæ. BB 3 inor-

4. di. 15. q. 4. art. 5. q. 2.

Epist. 121. c. 12. Et c. 4. & 5. to. 2.

Li. 1. Eth. ca. 8. ad fin. to. mo 5. Epist. 121. c. 6. circa med. tomo 2.

Li. 2. cap. 24. paulo a principio. tom. 4.

q. 55. art. 6. inordinata, ut supra habitum * est.

AD TERTIUM dicendum, quod quando mens nostra intendit temporalibus rebus, ut in eis quiescat, remanet in eis depressa: sed quando intendit eis in ordine ad beatitudinem consequendam, non ab eis deprimitur, sed magis eleuatur sursum.

AD QUARTUM dicendum, quod ex quo non petimus temporalia, tamquam principaliter quaesita, sed in ordine ad aliud, eo tenore a Deo petimus ipsa, ut nobis concedantur secundum quod expediunt ad salutem.

ARTICVLVS VII.

Utrum debeamus pro alijs orare.

q. 9. ar. 3. ad 3. Et q. di. fin. 15. q. 4. ar. 4. q. 3.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod non debeamus pro alijs orare. In orando. n. sequi debemus formam, quam Dominus tradidit: sed in oratione dominica petitiones pro nobis facimus, non pro alijs dicentes, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie &c. ergo non debemus pro alijs orare.

Tract. 102. non remitte a prim. 10. 9.

¶ 2. Præter. Ad hoc oratio fit, ut exaudiatur: sed una de conditionibus, quæ requiruntur ad hoc, quod oratio sit exaudibilis, est ut aliquis oret pro seipso. unde super illud Ioã. 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. * Aug. dicit, Exaudiatur oēs pro seipsis, non autem pro omnibus: unde non simpliciter dictum est, dabit: sed uobis. ergo uidetur, quod non debeamus pro alijs orare, sed solum pro nobis.

¶ 3. Præter. Pro alijs, si sint mali, prohibemur orare, secundum illud Hier. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te: pro bonis autem non oportet orare, quia ipsi pro se ipsis orantes exaudiuntur. ergo uidetur quod non debeamus pro alijs orare.

SED CONTRA est, quod dicitur Iacob. 5. Orate pro inuicem, ut saluemini.

Art. p. 100.

RESPON. Dicendum, quod sicut * dictum est, illud debemus orando petere, quod debemus desiderare. Desiderare autem debemus bona non solum nobis, sed etiam alijs. Hoc enim pertinet ad rationem dilectionis, quam proximis debemus impendere, ut ex supra dictis * patet: & ideo charitas hoc requirit ut pro alijs oremus. Unde * Chrys. dicit super Matth. Pro se orare necessitas cogit: pro altero autem charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autem ante Deum est oratio, non, quam necessitas transmittit, sed quæ charitas fraternitatis commendat.

q. 55. & 56.

Homil. 14. in imperfecto circa princ. tom. 3.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut Cyprianus dicit in lib. de oratione Dominica, ideo non dicimus pater meus, sed noster: nec da mihi, sed da nobis: quia unitatis magister noluit priuatim precæ fieri, ut scilicet quis pro se tantum precetur. Vnum enim orare pro omnibus uoluit: quoniam in uno omnes ipse portauit.

AD SECUNDUM dicendum, quod pro se orare ponitur conditio orationis, non quidem necessaria ad effectum merendi, sed sicut necessaria ad inefficaciam impetrandi. Contingit enim quandoque, quod oratio pro alio facta non impetrat, etiam si fiat pie, & perseueranter, & de pertinentibus ad salutem propter impedimentum, quod est ex parte eius, pro quo oratur, secundum illud Hier. 15. Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Nihilominus tamen oratio meritoria erit oranti, qui ex charitate orat, secundum illud Ps. 34. Oratio mea in sinu meo conuertetur. gloss. id est,

F est non eis profit, ego tamen non sum dum mercede,

AD TERTIUM dicendum, quod et pro peccatoribus orandum est, ut conuertantur: & pro peccatoribus peccatoribus exaudiuntur, sed pro peccatoribus scitis ad mortem: sicut etiam correctio, quæ rigimus, effectum habet in prædestinatis, ut probatis, secundum illud Eccel. 7. Nempe rigere, quem Deus despexerit. Et ibi dicitur, Qui scit fratrem suum peccare peccato non rem, petat, & dabitur ei uita peccati ad mortem. Sed sicut nulli quodammodo

hendum est correctionis beneficium, quomus prædestinatos distinguere a reprobus. dicit in lib. de correctione, & gratia dicit esse negandum orationis suffragium. Præter est orandum triplici ratione. Primo quia multorum preces facilius exaudiuntur, secundum illud Rom. 15. A diuictis meis orationibus cur * Glos. Bene rogat Apostolus mittere. Multi. n. minimi dum cõgregantur, fiunt magni: & multorum preces impotenti non impetret illud, scilicet quod est impotenti, ut ex multis gratia agatur. Deo dicitur, quæ conferuntur iustis, quæ et in uniuersum uergunt, ut patet per Apostolum a C. tio, ut maiores non superbiant, dum minorum suffragiis indigere.

ARTICVLVS VIII.

Utrum debeamus pro inimicis orare.

AD OCTAVUM sic proceditur. Videtur, quod non debeamus pro inimicis orare: quia, ut dicit Ro. 15. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: sed in sacra scriptura inducitur multa imprecationes contra inimicos dicitur. n. in Psal. 6. Erubescant, & conturbentur omnes inimici mei, conuertantur, & erubescant ualide uelociter. ergo & nos debemus orare contra inimicos nostros magis, quam pro eis.

¶ 2. Præter. Vindicare de inimicis in malum inimicorum cedit: sed scilicet uindictam de inimicis petunt, secundum illud, Apoc. 6. Vique non uindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra. unde & de uindicta impiorum laetantur, secundum illud Ps. 57. Laetabitur iustus cum uiderit uindictam. ergo non est orandum pro inimicis, sed magis contra eos.

¶ 3. Præter. Operatio hominis, & eius oratio non debent esse contrariæ: sed homines quique licite impugnant inimicos, alioquin omnia bella essent illicita, quod est contra supra * dicta. ergo nos non debemus orare pro inimicis.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 5. Orate pro persequentijs & calumniantibus uos.

atum odio habeo: & cum peti ueniam, ego non teneor illi remir-
tere peccatum, quam de iure debet, ad quem nouum actum, obli-
gare ex illius petitione: Si dicitur, ut uulgo dicitur, quod debeat
parcere quod ad offensam, hoc nihil aliud est, quam cum non ha-
bere odio, non uelle ei malum, quod a principio habui. Modò au-

R E S P O N D. Dicendum, quod orare pro alio, charitatis est, sicut dicitur: unde eodem modo quo tenemur diligere inimicos, tenemur pro inimicis orare. Quia liter autem tenemur inimicos diligere, supra habitum est in tractatu de charitate, ut scilicet in eis diligamus naturam, non culpam. Et quod diligere inimicos in generali est in precepto, in speciali autem non est in precepto, nisi secundum preparationem animi, ut scilicet homo esset paratus, etiam specialiter inimicum diligere, & cum iurare in necessitatis articulo, uel si ueniam peteret: sed in speciali absolute inimicos diligere, & eos iuuare, perfectionis est. Et similiter necessitatis est, ut in communibus nostris orationibus, quas pro aliis facimus, inimicos non excludamus. Quod autem pro eis specialiter oremus, perfectionis est, non necessitatis, nisi in aliquo casu speciali.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod imprecationes, quas in sacra scriptura ponuntur, quadrupliciter possunt intelligi. Vno modo, secundum quod propheta solent in figura imprecantis futura pradicere, ut Augustinus dicit in libro de serm. domini in monte. Secundo, prout quedam temporalia mala peccatoribus quandoque a Deo in correctionem mittitur. Tertio, quia intelliguntur petere non contra ipsos homines, sed contra regnum peccati, ut in correctione hominum peccata destruantur. Quarto, conformando uoluntatem suam diuinae iusticie circa damnationem peccatorum in peccato.

A D S E C U N D U M dicendum, quod sicut in eodem libro Augustinus dicit, Vindicta martyrum est, ut euertatur regnum peccati, quo regnante tanta perpeffi sunt. Vel sicut dicitur in libro de questionibus ueteris, & noui testamenti, postulant se uindicare, quando dicitur, quod precepta affirmatiua non obligant nisi tempore necessitatis, una tamen quandoque distinguitur contra aliam alicubi: & sic accidit in presenti littera. Vnde nulla est simpliciter controuersia, ut ex nunc declaratis patet. Per similitudinem est inter doctoris dicta contrarietas, quia hic necessitatem ex parte indigentis persone distinguitur contra necessitatem ex parte conditionum occurrentium. Superius autem sub articulo necessitatis omnem necessitatem motum comprehendit, cuius signum est, quod hoc in loco dicit hanc doctrinam esse eandem cum supra dicta, dicens, ut supra habitum est in tractatu de charitate.

In responsione ad primum, habes latissimum campum inter-

A petrandi sacram scripturam quò ad imprecationes, & simul modos, quibus appetit recto, aliorum mala nobis complacere possunt. Nam dempta prima expositione, quæ optatum pro enunciatio interpretatur, fiat, pro fiet, reliquæ ad effectum contentientis malo proximi spectant. Secunda quidem mala pro correctione hominum, ac per hoc pro uilitate rectorum, uel communi, uult. Tertia uero mala, pro destructione regni peccati uult. Quarta autem mala, pro iustitia diuina uult: & est sermo semper de malo pene. Et est hæc distinctio sumenda pene id, quod directe respicitur a petente, seu operante. In responsione ad secundum eiusdem, scito Nouitie, quod sanctos petere ratione uindictam, est passiones suas, quæ sunt ratio uisionis; patentes habere. Hoc enim modo sanguis Abel clamauit ratione. Effusus enim patenter fraternus sanguis, ratio erat uisionis.

A D T E R T I U M dicendum, quod licitum est impugnare inimicos, ut compellantur a peccatis: quod cedit in bonum eorum, & aliorum. Et sic etiam licet orando petere aliqua temporalia mala inimicorum, ut corrigantur: & sic oratio, & operatio non erunt contraria.

ARTICVLVS IX.

Utrum conuenienter septem petitiones orationis Dominice assignentur.

A D N O N U M sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter septem petitiones orationis Dominice assignentur.

C Vanum enim est petere sanctificari illud, quod semper est sanctum: sed nomen Dei semper est sanctum, secundum illud Luc. 1. Sanctum nomen eius. Regnum etiam eius est sempiternum, secundum illud Psal. 144. Regnum tuum Domine, regnum omnium seculorum. Voluntas etiam Dei semper impletur, secundum illud Isa. 46. Omnis uoluntas mea fiet: uanum ergo est petere, quod nomen Dei sanctificetur, quod regnum eius adueniat, & quod uoluntas eius fiat.

¶ 2 Præ. Prius est recedere a malo, quam consequi bonum: inconuenienter ergo uidentur præorduari petitiones, quæ pertinent ad consequendum bonum, petitionibus, quæ pertinent ad amotionem mali.

¶ 3 Præ. Ad hoc aliquid petitur, ut donetur: sed precipuum donum Dei est Spiritus sanctus, & ea quæ nobis per ipsum dantur: ergo uidentur inconuenienter poni petitiones, cum non respondeant donis Spiritus sancti.

In articulo 9. eiusdem questionis aduerte, quod prima tres petitiones orationis dominice aliter possunt ordinari quò ad principale desideratum, ut omnes tres spectent principaliter ad amorem, quo Deum in seipso diligimus. Secundario autem ad amorem, quo nos in Deo diligimus, in cuius signum in singulis trium ponitur pronomen, tuam in reliquis quatuor pronomen, nostri. & sic prima petit elevationem stabilem diuini nominis cum effectu. Secunda, quod ipse regnet cum effectu, non diabolus, non caro, non mundus, non peccatum. Tertia, quod sua implatur uoluntas cum effectu. Hæc enim nunc non ad sunt Deo, nisi secundum quid, propter tot peccata, & occultationem adimplentionis eo modo, quo implentur. Et hoc quod in singulis dictum

Secunda Secundæ S. Thomæ. BB 4 est

3. di. 34. q. 1. arti. 6. Et opul. 7. & opul. 7.

Super quali. ostu-
ge simitertie arisua
lum nouum.

est cum effectu intel-
ligitur per illum sub
iunctum modum, Si
cut in celo, & in ter-
ra: quia singularum
trium est modus, ita
quod rectum nostrum
desiderium primò
ad hoc tendit, hoc op-
tar, hoc petit, quasi
ipsum Dei bonum, ut
ipse in suo nomi-
ne sanctificetur, id est
super omnia stabili-
ter eleuetur, sicut in
caelo, & in terra, ut
iple regnet, non pec-
catum sicut in caelo
& in terra, ut ipse
voluntas, non aliena
quæcumque, fiat si-
cut in caelo, & in ter-
ra: in quibus tamen
eisdem petitionibus
nostra bona spiritua-
lia maxima secunda-
rio petimus, ut in li-
tera exponitur. Ordina-
ntur autem inter
se hec tres sic, quia pri-
mò nomen, secundo
regnum, tertio ad-
nitium executio de-
sideratur.

Epist. 121. c.
11. in princ.
tom. 2.

autem dominica non solum petuntur omnia, quæ
recte desiderare possumus, sed etiam eo ordine, quo
desiderata sunt, ut sic hæc oratio nõ solum instruat
postulare, sed etiam sit informatiua totius nostri affe-
ctus. Manifestum est autem, quod primò cadit in de-
siderio nostro finis: deinde ea, quæ sunt ad finem. Fi-
nis autem noster Deus est, in quem noster affectus
tendit dupliciter, uno quidem modo, prout uolumus
gloriam Dei: alio modo, secundo quod uolumus
frui gloria eius, quorum primum pertinet ad
dilectionem Dei, qua Deum in seipso diligimus: se-
cundo uero pertinet ad dilectionem, qua diligimus
nos in Deo: Et ideo prima petitio ponitur: Sancti-
ficetur nomen tuum, per quam petimus gloriam
Dei. Secunda uero ponitur, Adueniat regnum tuum,
per quam petimus ad gloriam Dei, & regni eius per-
tenire. Ad finem autem prædictum nos ordinat ali-
quid dupliciter, uno modo per se: alio modo per
accidens. Per se quidem bonum, quod est utile in fi-
nem. Est autem aliquid utile in finem beatitudinis
dupliciter, uno modo directe, & principaliter se-
cundo meritum, quo beatitudinẽ meremur Deo
obediendo, & quantum ad hoc ponitur, Fiat uolun-
tas tua sicut in celo, & in terra. Alio modo instru-
mentaliter, & quasi coadiuuans nos ad merendum:
& ad hoc pertinet quod dicitur, Panem nostrum
quotidianum da nobis hodie, siue hoc intelligatur
de pane sacramentali, cuius quotidianus usus
proficit homini, in quo etiam intelliguntur om-
nia alia sacramenta: siue etiã intelligatur de pane cor-
porali, ut per panem intelligatur omnis sufficientia
victus, sicut dicit * Augustinus ad Probam. Quia
& Eucharistia est præcipuum sacramentum, & panis
est præcipuus cibus. Vñ & in Euangelio Matthæi
scriptum est, Super substantialẽ, id est, præcipuum,
ut Hieronymus exponit. Per accidens autem ordi-
namur in beatitudinem per remotionem prohiben-
tis. Tria autem sunt, quæ nos a beatitudine prohibent.
Primò quidem peccatum, quod directe exclu-

Epist. 121. c.
11. in med.
tom. 2.

Matth. 6. Et
ad Titum c.
9. tom. 9.

¶ 4 Præter. Secundum. Lucam, In
In oratione dominica ponuntur
solum quinque petitiones, ut pa-
ter Luc. 11. Superfluum ergo fuit
secundum Matth. quod septem
petitiones ponuntur.

¶ 5 Præter. In uanum uidetur cap-
tare beneuolentiam eius, qui bene-
uolentia sua nos præuenit: sed
Deus sua beneuolentia nos præ-
uenit, quia ipse prior dilexit nos,
ut dicitur 1. Ioan. 4. Superflue ergo
præmittitur petitionibus, Pa-
ter noster, qui es in caelis: quod, ut
detur ad beneuolentiam captan-
dum pertinere.

SED IN CONTRARIUM suffi-
cit autoritas Christi orationem
inlittentis.

RESPON. Dicendum, quod o-
ratio dominica perfectissima est:
quia sicut * Aug. dicit ad Probam.
Si recte, & congruenter oramus,
nihil aliud dicere possumus, quã
quod in ista oratione dominica
positum est. Quia enim oratio est
quodammodo desiderii nostri
interpretis apud Deum, illa recte so-
lum orando petimus, quæ recte
desiderare ualemus. In oratione

AD TERTIUM dicendum, quod
serm. dom. in monte, adaptat septem pe-
nis, & beatitudinibus, dicens. Si timuerit
beati sunt pauperes spiritu, petamus uo-
tur nomen Dei in hominibus timorati-
tas est, qua beati sunt mites, petamus
gnum eius, ut mitemur, nec ei resisten-
tia est, qua beati sunt qui lugent, oramus
luntas eius, & sic nõ lugebimus. Si fecerit
beati sunt qui esuriunt, oramus ut panem
fidianus detur nobis. Si consilium est, quod
miser cordes, debita dimittantur, aut no-
tatur. Si intellectus est, quo beatitudinem
oremus ne habeamus duplex cor tempore
do, de quibus tentationes sunt in nobis
est, qua beati sunt pacifici, quoniam
tur, oramus ut liberemur a malo. Si placet
liberos nos faciet filios Dei.

AD QVARTUM dicendum, quod
dicit in Enchir. Lucas in oratione commu-
nes non septem, sed quinque complectens
dens enim tertiam petitionem dicitur
esse quodammodo repetitionem, præter
magis facit intelligi: quia. Et hoc præter
Dei tẽdit, ut eius sanctitatem cognoscamus
ipso regnemus. Quod etiam Matth. in
bera nos a malo, Lucas nõ potuit, ut
que in eo se liberari a malo, quod
tentationem.

AD QVINTUM dicendum, quod
rigitur Deo ut ipsum slectamus, ac
fiduciam excitemus postulandi: quæ
pue excitatur in nobis considerando
ad nos, qua bonum nostrum uult. & hoc
Pater noster: Et eius excellentiam, quæ
dicimus, Qui es in caelis.

dit a regno secundum illud 1. ad Corin-
thi forni carni, neque idolis seruientes
possidebunt. & ad hoc pertinet quod
te nobis debita nostra. Secundo, tentatio
impedit ab obseruantia diuina uoluntatis
pertinet, quod dicitur. Et ne nos induci-
nem: per quod non permitimus ut nos
ut a tentatione non uincamus, quod
nem induci. Tertio, penalitas præuenit
dit sufficientiam uitæ: & quantum ad
bera nos a malo.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod
lib. de serm. dom. in monte, cum dicitur
forni nomen tuum, non hoc petitur quod
nomẽ Dei, sed ut sanctum ab hominibus
quod pertinet ad Dei gloriam in hominibus
dam. Quod autem dicitur. Adueniat regnum
non ita dictum est, quasi Deus nuncio
sicut * Aug. dicit ad Probam. Desiderium
illud regnum excitamus, ut illud nobis
in eo regnemus. Quod autẽ dicitur. Fiat uolun-
tate intelligitur, ut obediatur præceptis
caelo, & in terra. i. sicut ab angelis, ita ab
Vnde hæc tres petitiones perfecte copulata
ta futura: alia uero quatuor pertinent ad
uite præsentis, sicut Aug. dicit in Enchir.

AD SECUNDVM dicendum, quod
interpretis desiderii, ordo petitionum
ordini executionis, sed ordini desiderii
tionis, in quò prius est finis, quam ex-
nem, & consecutio boni, quam remotionem
malis.

AD TERTIUM dicendum, quod
serm. dom. in monte, adaptat septem pe-
nis, & beatitudinibus, dicens. Si timuerit
beati sunt pauperes spiritu, petamus uo-
tur nomen Dei in hominibus timorati-
tas est, qua beati sunt mites, petamus
gnum eius, ut mitemur, nec ei resisten-
tia est, qua beati sunt qui lugent, oramus
luntas eius, & sic nõ lugebimus. Si fecerit
beati sunt qui esuriunt, oramus ut panem
fidianus detur nobis. Si consilium est, quod
miser cordes, debita dimittantur, aut no-
tatur. Si intellectus est, quo beatitudinem
oremus ne habeamus duplex cor tempore
do, de quibus tentationes sunt in nobis
est, qua beati sunt pacifici, quoniam
tur, oramus ut liberemur a malo. Si placet
liberos nos faciet filios Dei.

AD QVARTUM dicendum, quod
dicit in Enchir. Lucas in oratione commu-
nes non septem, sed quinque complectens
dens enim tertiam petitionem dicitur
esse quodammodo repetitionem, præter
magis facit intelligi: quia. Et hoc præter
Dei tẽdit, ut eius sanctitatem cognoscamus
ipso regnemus. Quod etiam Matth. in
bera nos a malo, Lucas nõ potuit, ut
que in eo se liberari a malo, quod
tentationem.

AD QVINTUM dicendum, quod
rigitur Deo ut ipsum slectamus, ac
fiduciam excitemus postulandi: quæ
pue excitatur in nobis considerando
ad nos, qua bonum nostrum uult. & hoc
Pater noster: Et eius excellentiam, quæ
dicimus, Qui es in caelis.

ARTICVLVS X.

Vtrum orare sit proprium rationalis creaturae.

AD DECIMUM sic proceditur. Videtur quod orare non sit proprium rationalis creaturae. Eiusdem videtur esse petere, & accipere: sed accipere conuenit etiam personis inuicatis, scilicet Filio, & Spiritui sancto. ergo etiam eis conuenit orare. nam & Filius dicit Io. 14. Ego rogabo patrem meum: & de Spiritu sancto dicit Apostolus: Spiritus postulat pro nobis.

SED CONTRA. Orare est actus rationis, ut supra habitum est: sed rationalis creatura a ratione dicitur. ergo orare est proprium rationalis creaturae. RESPON. Dicendum, quod sicut ex supra dictis patet, oratio est actus rationis, per quam aliquis superiorum deprecatur: sicut imperium est actus rationis, quo inferior ad aliquid ordinatur. Illi enim proprie competit orare, cui conuenit rationem habere, & superiorum, quem deprecari possit. Diuinis autem personis nihil est superius. bruta autem animalia non habent rationem. Vnde neque diuinis personis, neque brutis animalibus conuenit orare, sed proprium est rationalis creaturae.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod diuinis personis conuenit accipere per naturam, orare autem est accipientis per gratiam. Dicitur autem Filius rogare, uel orare secundum naturam assumptam, humanam, non secundum diuinam: Spiritus autem sanctus dicitur postulare, quia postulantem nos facit.

AD SECUNDUM dicendum, quod intellectus & ratio non sunt in nobis diuersae potentiae, ut in brutis animalibus est. Differunt autem secundum perfectum, & imperfectum: & ideo quandoque intellectuales creaturae, quae sunt angeli, distinguuntur a rationalibus, quae autem sub rationalibus comprehenduntur. Et hoc modo dicitur oratio esse proprium rationalis creaturae.

AD TERTIUM dicendum, quod pulli coruorum dicuntur inuocare Deum propter naturale desiderium, quo omnia suo modo desiderant consequi bonitatem diuinam. Sic etiam bruta animalia dicuntur Deo obedire, propter naturalem instinctum, quo ad Deum mouentur.

ARTICVLVS XI.

Vtrum sancti, qui sunt in patria, orant pro nobis.

AD VNDECIMUM sic proceditur. Videtur, quod sancti qui sunt in patria, non orant pro nobis. Actus enim alicuius magis est meritorius sibi, quam aliis: sed sancti qui sunt in patria, non merentur sibi, nec pro se orant, quia iam sunt in termino constituti. ergo etiam neque pro nobis orant.

SED CONTRA. Sancti perfecti suam uoluntatem Deo conformant, ut non

uelint, nisi quod Deus uult: sed illud quod uult, semper impletur: ergo frustra sancti pro nobis orant.

SED CONTRA. Sicut sancti qui sunt in patria, sunt superiores nobis, ita & illi qui sunt in purgatorio, quia iam peccare non possunt: sed illi qui sunt in purgatorio, non orant pro nobis, sed magis nos pro eis. ergo nec sancti qui sunt in patria pro nobis orant.

SED CONTRA. Si sancti qui sunt in patria, pro nobis orarent, superiorum sanctorum esset efficacior oratio. non ergo deberet implorari suffragium orationum sanctorum inferiorum, sed solum superiorum.

SED CONTRA. Anima Petri non est Petrus: si ergo anime sanctorum pro nobis orarent, quamdiu sunt a corpore separatae, non deberemus interpellare sanctum Petrum ad orandum pro nobis, sed animam eius, cuius contrarium Ecclesia facit: non ergo sancti, ad minus ante resurrectionem, pro nobis orant.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. Mach. ult. Hic est qui multum orat pro populo, & uniuersa sancta ciuitate Hieremias propheta Dei.

RESPON. Dicendum, quod sicut Hier. dicit. Vigilantii error fuit, quod dum uiuimus, multo pro nobis orare possumus: postquam autem mortui fuerimus, nullius pro alio sit exaudienda oratio, praesertim cum martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes, impetrare nequeant. Sed hoc est omnino falsum, quia cum oratio pro aliis facta ex charitate proueniat, ut dictum est, quanto sancti qui sunt in patria, sunt perfectioris charitatis, tanto magis orant pro uiatoribus, qui orationibus iuari possunt: & quanto sunt Deo coniunctiores, tanto eorum orationes sunt magis efficaces. Habet enim hoc diuinus ordo, ut ex superiorum excellentia in inferiora refundatur, sicut ex claritate Solis in aere.

Vnde & de Christo dicitur Hebrae. 7. Accedens per semetipsum ad Deum ad interpellandum pro nobis. Et propter hoc Hierony. contra Vigilantium dicit. Si Apostoli, & martyres adhuc in corpore constituti, quando pro se adhuc debent esse solliciti, pro aliis orant, quanto magis post coronas, uictorias, & triumphos?

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sancti, qui sunt in patria, cum sint beati, nihil deest nisi gloria corporis, pro qua orant. Orant autem pro nobis, quibus deest beatitudinis ultima perfectio. Et corum

quid de eis, cum non sit eadem ratio de ipsi, & beatis.

AD HEC dicitur, quod si fundamentum ac radix, unde sanctorum in patria oratio pro nobis prodit, consideretur diligenter, inuenitur locum habere non solum in ipsis comprehensoribus, sed et in sanctis qui erant in limbo: quoniam charitas eorumdem statum superiorum simpliciter: ponitur ratio orandi pro nobis. Propter hoc. n. secundum excluditur in responsione ad tertium existens in purgatorio ab oratio pro nobis, quia non sunt totaliter nobis superiores, sed ratione poenarum inferiores, & egeres nostris orationibus. Constat autem quod sancti olim in limbo patrum, erant in charitate confirmati, & impeccabiles, & nulli propriis seu nonae poenae subiecti. Nam poena damnata est eis, & uiatoribus, extra omnem autem sententiam poenae erant: eorum igitur erat orare pro nobis.

SED ADVERTENDA est differentia inter eos, & sanctos in patria: quia licet utriusque commune sit orare pro uiatoribus, proprium tamen sanctorum in patria est videre orationes uiatorum sibi directas. Vnde Hieremias tunc orare debet, non orationes, aut preces eorum audisse. Misericordia ergo auctor limbum patrum cum patria quod ad orationes pro nobis: quia eadem est ratio, & argumentum a minori assumptum. Nec oportuit aliter in speciali de eis determinare, ex quo allata in litera ratio in eis locum habet, & a purgatorio sunt diuisi.

In responsione eiusdem articuli aduerte, quod sancti orantes, neciunt si impetrabunt, sed petunt testimonium, ut in litera dicitur, id Deo placitum. Et de hoc orando consistunt diuinam maiestatem, per quod diuersi sancti aliquid discordia voluntatum: contraria petunt, quasi contraria proponentes adunati ad Dei beneplacitum. Vnde Daniel. 10. dicitur, quod princeps Persarum restitit mihi.

Hier. cont. Vig. Circa finem primi folij a pri. epist. q. incipit: Multa in orbe. tom. 3.

art. 7. & 8. D. 380.

Lecco citato in prin. cor. titius art. 3.

Supes

ad orationem, dubium multorum occurrit. Si quis ex proposito in principio officii diuini, ad quod tenetur, applicet se ad meditationem diuinae bonitatis, aut passionis Christi, ad hoc ut mentem firmiter tenet cum Deo in hac continua meditatione, satisfaciens praecipio Ecclesiae.

¶ Ad hoc dicitur, quod certius consistat quod attendens, & attendit ad hoc, ut mens sua tam in contemplatione, quam in actione, quam in passione, hoc est affectu circa Deum, et ea quae diuinitas in se occupat in suo officio, optime satisfaciat, quoniam habet attentionem propriam maxime necessariam, & communem, iuxta uniuersum modulum. In tendens autem, & studens ut circa passionem Christi meditati sit, & affectus exterioret in toto officio, satisfaciens sine dubio, quia in melius modum ad diuinitatem ducens fertur, quam si sensu uerbo tantum attenderet. Nam passio Christi (ut in 1. q. 3. precedentis articulo est, optima est manducatio ad diuinitatem, iuxta illud, ut dum uisibiliter Deum cognoscimus, per hunc in uisibilium amorem rapiamur. Cum grano tantum salis haec intentione habenda est per totum, ut scilicet ne cogitatur haec perfectio, si ascendere ad ea quae diuinitatis sunt, in progressu non dabitur, quod debet esse principale intentionis: quod talis orationis mens detea, quae sit passionis Christi esse, ut mens, non ut finis, ut illa (si Deo dederit) ascendat ad ea quae diuinitas resunt.

¶ Et ut satisfaciatur huiusmodi quaestis, scito quod quaecumque attentionum in littera numeratarum eligatur, sine praefatione tamem melioris, hoc est, quod illa eligatur ut mediū sibi accommodati perueniam ad meliorem prout Deus dignabitur misericorditer concedere, satis sit praecipio Ecclesiae, uerbigratia, si quis putat suae paruitati accommodatus medium attendere ne erret, & in hac attentione uult persistere, intendat hoc ut mediū, si forte miseretur sic Deus, & det meliorem attentionem ad meliorem quam potius uellet. Et simile est de alijs. Verum circa attentionem ad rem petitam, caue ne peruersus fiat affectus cum oculo tuo. Nam non licet petenti necessaria uia cui sic uerari circa meditationem uictus, ut diuina ad humana ordinari uideatur, quasi officio sit mediū, & uictus finis. Remissionem siquidem oportet deinde superius habitam in hac eadem articulo, quod quod ad rem petitam, omnes nostrae orationes ordinari debent ad gratiam, & gloriam consequendam. Et haec est res petitā, ad quam attendere auctor tantum commen-

de necessitate orationis sit, quod sit attendit. Dicitur enim Ioan. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare: sed oratio non est in spiritu, si non sit attendita: ergo de necessitate orationis est, quod sit attendita.

¶ 2. Prar. Oratio est ascensus intellectus in Deum: sed quando oratio non est attendita, intellectus non ascendit in Deum: ergo de necessitate orationis est, quod sit attendita.

¶ 3. Prar. De necessitate orationis est, quod careat omni peccato: sed non est absque peccato, quod aliqui orando euagationem mentis patiatur. uidetur enim deridere Deū, sicut & si alicui homini loqueretur, & non attenderet ad ea, quae ipse pferret. Vñ Basilius dicit quod diuinum auxilium est implorandum, non remissis, nec mente huc, uel illuc euagante, eo quod talis non solum non impetrabit quod petit, sed etiam magis Deum irritabit, ergo de necessitate orationis uidetur, quod sit attendita.

SED CONTRA est, quod etiam sancti uiri orando quandoque euagationem mentis patiuntur secundum illud Psalmi trigessimoni. Cor meum dereliquit me. RESPON. Dicendum, quod questio haec praecipue habet locum in oratione uocali, circa quam sciendum est, quod necessarium dicitur aliquid dupliciter. Vno modo, per quod melius peruenitur ad finem: & sic attentio absolute orationi necessaria est. Alio modo, aliquid dicitur necessarium sine quo res non potest consequi suum effectum. Est autem triplex effectus orationis. Primus quidem communis omnibus actibus charitate informatis, quod est mereri, & ad hunc effectum non ex necessitate requiritur, quod attentio adsit orationi per totum:

sed uis primae intentionis, qua aliquis ad orandum accedit, reddit totam orationem meritoriam, sicut in alijs meritorijs actibus accidit. Secundus autem effectus orationis est ei proprius, quod est impetrare, & ad hunc etiam effectum sufficit prima intentio, quae Deus principaliter attendit. Si autem prima intentio desit, oratio nec meritoria est, nec impetratiua. Illam enim orationem non audit, cui, qui orat, non attendit, ut Gregorius dicit. Tertius autem effectus orationis est, quem praesentialiter effectus, scilicet quadam spiritualis reuocatio mentis. Et ad hoc de necessitate requiritur in oratione attentio. Vnde dicitur in Corinth. 14. Si orem lingua, mens mea sine fructu est. Sciendum tamen, quod triplex est attentio, quae orationi uocali potest adhiberi, una quidem, qua attenditur ad uerba ne aliquis in eis erret: secundum, qua attenditur ad sensum uerborum: tertia, qua attenditur ad finem orationis, scilicet ad Deum, & ad rem pro qua oratur, quae quidem est maxime necessaria, & hanc etiam possunt habere idiotae. Et quandoque intantum abundat haec intentio, qua mens fertur in Deum, ut etiam omnium aliorum mens obliuiscatur, sicut dicit Hugo de sancto Victor.

AD PRIMVM ergo dicitur quod in spiritu & ueritate, qui ex instinctu spiritus ad eandem accedit, etiam si ex aliqua infirmitate mens postmodum euagetur.

AD SECVNDVM dicendum, quod mens humana propter infirmitatem naturae diuinae in alio non potest. Pondere enim infirmitatis humanae deprimitur anima ad interiora: & ideo contingit, quod quando mens orantis ascendit in Deum per contemplationem, subito euagetur ex quadam infirmitate.

no. Nota scđo, quod auctor, Basilii auctoritate utens, euagationem ex negligentia copulat sub euagatione ex proposito, ita quod euagatio ex proposito distinguitur in euagationem directam ex industria, ut cui quis explicite uult non attendere: & euagationem ex negligentia, ut cui quis negligit attendere. Quia negligentia uoluntaria est, ideo euagatio uoluntaria reputatur, & est. Euagatio autem ex fragilitate excusat, utpote non ex uoluntate, sed impotentia procedens. Haec euagatio sine peccato est, prima autem semper cum peccato, mortali quidem quae ex contemptu, uel quae ex industria in oratione, quae est sub praecipio, quis in notabili parte euagatur: perinde namque est ac si illa omittitur ueniali uero, quae oratione spontanea absque proposito attendit quae dicitur: & quae ex negligentia in oratione de proposito quae non attendit, saluo proposito attendit. In neutro. n. casu contra

dat in littera. Attendere enim ad gloriam aeternam, uel gloriam adoptionis filiorum in uia, aut uirtutes ut media ad aeternam patriam, & ornamenta ciuitum caelestium, ac inchoationes caelestium conuersationis, & huiusmodi inter optimas attentiones est. Et breuiter omnis res petitā, aut finis ipse caelestis gloriae, aut mediū ad illam, ut mediū non habet se pro se, si uel pro alio, attentio nis optimo genere locata est in littera, & nulla res alia urpeteria.

¶ In responsione ad tertium, nota diligenter, quod quia ex proposito uagari in oratione peccatum est ex genere suo; ideo non solum in oratione necessaria ex praecipio, sed etiam in oratione spontanea, teneatur orans attendere, ita quod licet non teneatur orare, teneatur tamen, si orat, attendere quantum est ex parte propositi, orare. Et ratio est similis in alijs actibus uirtutum, quod scilicet homo si exercet eos, teneatur eos exercere cum debitis circumstantijs. Quin recipit hospitium, qui pro alio aduocatus intercedit, & huiusmodi, teneatur hoc facere cum debitis circumstantijs, si facit. Et si non uult facere, ut decet, non se exercet in huiusmodi operationibus. Per haec tamen non intelligas male agere eum, qui sponte orat dum se uellit, aut aliquo similibi opere occupatur, quantum potest intendens orationi, attendere, tum quia alia est questio de euagatione ex proposito, & alia de opere, cum quo stat attentio. Huiusmodi enim opera non impediunt orationis attentionem experientia testatur, & in quibusdam religiosorum statutis scriptum est, quod surgendo dicant officium B. uirginis. Beatus quoque pater Dominicus mendicantem contra phantasmata mala coem fructuosam, dicebat orationem sollicitam, statim cum quae surgit a som-

no. Nota scđo, quod auctor, Basilii auctoritate utens, euagationem ex negligentia copulat sub euagatione ex proposito, ita quod euagatio ex proposito distinguitur in euagationem directam ex industria, ut cui quis explicite uult non attendere: & euagationem ex negligentia, ut cui quis negligit attendere. Quia negligentia uoluntaria est, ideo euagatio uoluntaria reputatur, & est. Euagatio autem ex fragilitate excusat, utpote non ex uoluntate, sed impotentia procedens. Haec euagatio sine peccato est, prima autem semper cum peccato, mortali quidem quae ex contemptu, uel quae ex industria in oratione, quae est sub praecipio, quis in notabili parte euagatur: perinde namque est ac si illa omittitur ueniali uero, quae oratione spontanea absque proposito attendit quae dicitur: & quae ex negligentia in oratione de proposito quae non attendit, saluo proposito attendit. In neutro. n. casu contra

* ut sup. dicitur est.

In li. de modo orandi c. 2. a medio tom. 2.

contra virtutem, sed prater eam agitur. Nam oratione spontanea sic male persoluere, est sicut recipere hospitem, & indecenter tractare. In oratione autem precepta, ex quo semper saluatur propositum attentionis, essentialis bonitas moralis actus ex finis intentione salua est, & remissio voluntatis in culpa est accidentalit.

In 3. regula, tom. 1.

In Sermon. de oratio Dei a medio illius.

¶ Super qualt. actua- gestimatore articulo quartumdecimum.

IN art. tribus, s. 14. 15. & 16. eiusdem q. dubiu occurrit circa tertiam conditionem orationis. s. ly, pie, qd importer. Et est ratio dubij, qd in responsione ad 2. art. 15. author dicit, qd non pie petere est peccati, ex quo apparet, qd pie petere coincidit cu secunda conditione. s. necessaria ad salute petimus.

4. di. 15. q. 4. ar. 2. q. 2. & 3. Et Ro. lect. 5. Et Col. 1. Et cor. 6. prin. Et 1. Thess. 5. lec. 3. in.

¶ Et augetur dubiu, quia in art. 16. author in corpore articuli dicit, quod i peccatoru oratione possunt inueniri omnes quatuor conditiones: & idem cofirmat in responsione ad secundum ibidem. In tertio vero libro contra Gent. cap. 96. author vult amicitiam orantis cum Deo interuenire in oratione efficacit, qua sub pietatis nomine concludi videtur. Ad hoc dicitur, quod illa conditio, pie, in hoc distinguitur ab alijs conditionibus, quod alia per tonam pro qua, rem petitam, & perseverantiam significant, illa intentione referentem ad Deum importat. Nam pietas officiu, ac cultum celestis patrie, principii & patri exhibet. Et propterea distinguitur, quod potest dupliciter inueniri, scilicet formata, & informis, vt in responsione ad secundum 15. artic. apparat. Et hinc reddi potest ratio diuersoru dictorum de hac conditione. Nam quia humiliter in medio ad Deum

AD TERTIVM Dicendum, qd si quis ex proposito in oratione mente euagatur, hoc peccatum est, & impedit orationis fructum. Et contra hoc Aug. dicit in regula. Palmis, & hymnis cum oratis Deum. hoc uerletur in corde, qd praefertur in ore: euagatio uero orationis fructu non tollit. Vnde Basil. dicit. Si uero debilitatus a peccato, fixe nequis orare: quantumcunque porces te ipsum cohibeas, & Deus ignoscit, eo qd non ex negligetia, sed ex fragilitate non potes, ut oportet, assistere coram eo.

ARTICVLVS XIII. Vtrum oratio debeat esse diuturna.

AD QVARTVM DECIMVM sic proceditur. Videtur, qd oratio non debeat esse diuturna. Dicit enim Marth. 6. Orantes nolite multum loqui: sed oportet multum loqui diu orante, praesertim si oratio sit uocalis. ergo non debet esse oratio diuturna.

¶ 2. Praet. Oratio est explicatiua desiderii: sed desiderium tanto est sanctius, quanto magis ad unum restringitur, secundum illud Psal. 26. Vnam petii a Domino, hanc requiram. ergo & oratio tato est Deo acceptior, quanto est breuior.

¶ 3. Praet. Illicitum uidetur esse, qd homo transgrediatur terminos a Deo praefixos, praecipue in his, quae pertinent ad cultum diuinu secundum illud Exod. 19. Contestare populum, ne forte uelit transgredere terminos ad uidentem Dominum, & pereat ex eis plurma multitudo: sed a Deo fixus est nobis terminus orandi per institutionem orationis dominicae, ut patet Matthaei sexto: ergo non licet ultra orationem protendere.

SED CONTRA. Videtur, quod continue sit orandum: quia Dominus dicit Luc. decimo octauo. Oportet semper orare, & non deficere. Et ad Thess. 5. Sine intermissione orate.

RESPON. Dicendum, qd de oratione dupliciter loqui possumus. Vno modo, secundum seipsum, alio modo, secundum cam suam. Causa autem orationis est desideriu charitatis, ex quo procedere debet oratio, quod quidem in nobis debet esse continuu uel actu, uel uirtute: manet enim uirtus huius desiderii in omnibus, quae ex charitate facimus. Omnia autem debemus in gloria Dei facere, ut dicitur 1. ad Corinth. 10.

¶ & secundum hoc oratio debet esse continua. Vnde Aug. dicit ad Probam. In ipsa fide, & charitate continuo desiderio semper oramus: sed ipsa oratio secundum se considerata, non potest esse assidua, quia oportet aliis operibus occupari: sed sicut Augustinus dicit ibidem, Ideo per certa intervalla horarum, & temporum orationem uerbis rogamus Deum: uel illis rerum signis nos ipsos admoneamus, quantumcumque hoc desiderio profecerimus, non bipis innotescamus, & ad hoc agendum nos ipsos acris excitemus. Vnde cuiusque autem rei quantitas debet esse proportionata fini, sicut quantitas potionis sanitati: unde & conueniens est, ut oratio tantum daret, quantum est utile ad excitandum interioris desiderii feruorem. Cum uero hanc menturam excedit, ita quod sine radio durare non possit, non est uiliteris protendenda. Vnde August. dicit ad Probam. Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, sed eas tam en breuissimas, & reprim quodammodo iaculatas, ne illa uigilanter credita, quae oranti plurimum necessaria est, per productiores moras euanescat, atque hebetetur intentio: ac per hoc etiam ipsi satis ostendunt hanc intentionem sicut non esse obrutam, si perdurare non potest, ita si perdurauerit, non cito esse rumpendam. Et sic hoc est attendendum in oratione comparationem ad intentionem orationis in communi oratione per comparationem puli deuotionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dicit ad Probam. Non est hoc oratio si diutius oratur: aliud est sermo multus, & de ipse Dominus dicit, quod pernoctauerit in orando, & non orauerit, ut nobis praebere exemplum dicit. Absit ab oratione multa locutio, multa precatio. si feruens perseverat, multum loqui est in orando. rem perfluis agere uerbis. Plerumque negotiorum plus gemitibus, quam oratione.

AD SECUNDVM dicendum, quod orationis non consistit in hoc, quod multum loquatur, sed in hoc, quod affectus continue intendat.

AD TERTIVM dicendum, quod Deus instituit hanc orationem, ut his uerbis beatus in orando: sed quia ad hoc debet tendere nostra orationis intentio, cumque ea proferamus, uel cogitamus.

AD QUINTVM dicendum, quod aliquis propter continuitatem desiderii, ut dicitur, quia non intermitte quin temporibus uel per effectum sine in ipso oratione remanet magis deuotus.

14. et aliquis suis beneficiis prouocat alium, ut proficere, etiam quando ipse ab orando cessat, & q̄scit.

ARTICVLVS XV.

Utrum oratio sit meritoria.

AD QVINTVMDECIMVM sic proceditur. Videtur, quod oratio non sit meritoria. Omne enim meritum procedit a gratia: sed oratio precedit gratiam, quia etiam ipsa gratia per orationem impetratur, secundum illud Luc. 11. Pater uester de celo dabit spiritum illi uobis petentibus se. ergo oratio non est actus meritorius.

¶ Præterea. Si oratio aliquid meretur, maxime uideatur mereri illud, quod orando petitur: sed hoc non semper meretur, quia multoties etiam sanctorum orationes non exaudiuntur, sicut Paulus non est exauditus petens a se remoueri stimulum carnis. ergo oratio non est actus meritorius.

¶ Præterea. Oratio precipue fidei innititur, secundum illud Iac. 1. Postulet autem in fide nihil hastans: fides autem non sufficit ad merendum, ut patet in his qui habent fidem informem. ergo oratio non est actus meritorius.

SED CONTRA est, quod super illud Psal. 34. Oratio mea in sinu meo conuertetur, dicit glo. Et si eis non profuit, ego tamen non sum mea mercede fruans. merces autem non debetur nisi merito. ergo oratio habet rationem meriti.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, oratio præter effectum spiritualis consolationis, quam præentialiter affert, duplicem habet uirtutem respectu futuri effectum, scilicet uirtutem merendi, & uirtutem impetrandi. Oratio autem, sicut & quilibet alius actus uirtutis, habet efficaciam merendi, in quantum procedit ex radice charitatis, cuius proprium obiectum est bonum æternum, cuius fructum non meretur. Procedit tamen oratio a charitate mediante religione, cuius est actus oratio, ut dictum est, cõcomitantibus etiam quibusdam aliis uirtutibus, quæ ad bonitatem orationis requiruntur, scilicet humilitate, & fide. Ad religionem enim pertinet ipsam orationem Deo offerre: ad charitatem uero pertinet desiderium rei, cuius complementum oratio petit. Fides autem est necessaria ex parte Dei quem oramus, ut scilicet credamus ab eo nos posse obtinere, quod petimus. Humilitas autem est necessaria ex parte ipsius petentis, qui suam indigentiam recognoscit. Est etiam & deuotio necessaria: sed hoc ad religionem pertinet, cuius est primus actus necessarius ad omnes consequentes, ut supra dictum est. Efficaciam autem impetrandi habet ex gratia Dei, quem oramus, qui etiam nos ad orandum inducit. Vnde Aug. dicit in libro de uerbis Domini. Non nos hortaretur ut peteremus, nisi dare uellet. Et Chrysost. dicit. Numquam oranti beneficia denegat, qui ut orantes non deficiant, sua pietate instigat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod oratio sine gratia gratum faciente meritoria non est, sicut nec aliquis alius actus uirtuosus. Et tamen etiam oratio, quæ impetrat gratiam gratum facientem, procedit ex aliqua gratia, quasi ex gratuito dono: quia ipsum orare, est quoddam donum Dei, ut Augustinus dicit in libro de Persecutione.

AD II. dicendum, quod ad aliud principaliter respicit meritum orationis quandoque, quæ ad id, quod petitur. Meritum enim precipue ordinatur ad beatitudinem: sed petitio orationis directe se extendit

quandoque ad aliqua alia, ut ex dictis patet. Si ergo illud aliud, quod petit aliquis pro seipso, non sit ei ab beatitudine utile, non meretur illud: sed quandoque hoc petendo & desiderando, meritum amittit, puta, si petat a Deo complementum alicuius peccati, quod est non pie orare. Quandoque uero non est necessarium ad salutem, nec manifeste saluti contrarium: & tunc licet orans possit orando mereri uitam æternam, non tamen meretur illud obtinere, quod petit. Vnde Aug. dicit in lib. sententiarum Prosperi. Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus huius uitæ, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit utile magis, nouit medicus, quam agrotus. Et propter hoc etiam Paulus non fuit exauditus petens amoueri stimulum carnis, quia non expediebat. Si uero id quod petit, sit utile ad beatitudinem hominis, quasi pertinens ad eius salutem, meretur illud non solum orando, sed etiam alia bona opera faciendo: & id indubitanter accipit quod petit: sed quando debet accipere. Quædam enim non negantur, sed ut congruo dentur tempore, differuntur, ut Aug. dicit super Ioan nem, quod tamen potest impediri, si in petendo non perseueret. Et propter hoc dicit Basilius. Ideo quæ doque petis, & non accipis, quia perperam postulasti, uel infideliter, uel leuiter, uel non conferentia tibi, uel destitisti. Quia uero homo non potest alii mereri uitam æternam ex condigno, ut supra dictum est, ideo per consequens nec ea quæ ad uitam æternam pertinent, potest aliquando aliquis ex condigno alteri mereri. Et propter hoc non semper ille auditur, qui pro alio orat, ut supra habitum est. & id ponuntur quatuor conditiones, quibus concurrentibus semper aliquis impetrat quod petit, ut scilicet, p se petat, necessaria ad salutem, pie, & perseueranter.

AD TERTIUM Dicendum, quod oratio innititur principaliter fidei, non quantum ad efficaciam merendi, quia sic innititur principaliter charitati: sed quantum ad efficaciam impetrandi, quia per fidem habet homo notitiam omnipotentia diuine & misericordia, ex quibus oratio impetrat, quod petit.

ARTICVLVS XVI.

Utrum peccatores orando impetrent aliquid a Deo.

AD SEXTVMDECIMVM sic proceditur. Videtur, quod peccatores orando non impetrent aliquid a Deo. Dicitur enim Ioan. 9. Scimus, quia peccatores Deus non audit: quod consonat ei, quod dicitur Prouerb. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis: oratio autem execrabilis non impetrat aliquid a Deo: ergo peccatores non impetrant aliquid a Deo.

¶ 2. Præterea. Iusti impetrant a Deo illud, quod merentur, ut supra habitum est: sed peccatores nihil possunt mereri, quia gratia carent, & etiam charitate, quæ est uirtus pietatis, ut dicit glossa secunda ad Timothæum tertio super illud, Habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes: & ita non pie orant: quod requiritur ad hoc, quod oratio impetret, ut supra dictum est. ergo peccatores nihil impetrant orando.

¶ 3. Præterea. Chrysost. dicit sup Matth Patet non libenter exaudit orationem, quam filius dei dicit: sed in oratione quam Christus dicit, dicitur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: quod peccatores non faciunt, ergo uel

Ar. 6. & 7.

In II. qui in scribitur se tene ex Aug. gn. d. c. 21. 10. 3. inter opera Aug.

Tract. 202. paulo a principio. 10. 9. In serm. de oratio dicit a medio. Et in conf. Exerci. ca. 1.

1. 2. q. 114. ar. 6.

Art. 7. ad 2. & 3.

Infr. q. 179. ar. 2. ad 1. & po. q. 6. art. 9. ad 5. Et lo. 4. le. 3.

Ar. preced.

Ar. preced. ad 2.

In opere im perfect. ho. mi. 14.

mentuntur hoc dicentes, & sic non sunt exauditio ne digni: uel si non dicant, non exaudiuntur, quia formam orandi a Christo institutam non seruant.

Tract. 44. in Io. a medio to. 9.

SED CONTRA est, quod Aug. * dicit super Ioanem. Si peccatores non exaudiret Deus, frustra publicanus dixisset. Domine, propitius esto mihi peccatori. Et Chrysostr. * dicit super Matt. Omnis qui petit, accipit, si siue iustus sit, siue peccator.

Homil. 78. in opere impie cio, part. ante med. to. 2.

RESPON. Dicendum, q in peccatore duo sunt consideranda, scilicet natura, quam diligit Deus: & culpa, quam odit. Si ergo peccator orando aliquid petit, in quantum peccator, id est, secundum desiderium peccati, hoc a Deo non auditur ex misericordia: sed quandoque auditur ad uindictam, dum Deus permittit peccatorem adhuc amplius uere in peccata. De n. quaedam negat propitius, quae concedit iratus, ut August. * dicit. Orationem uero peccatoris ex bono natura desiderio procedentem Deus audit non quasi ex iustitia, quia peccator hoc non meretur, sed ex pura misericordia, obseruatis tamen quatuor premis conditionibus, ut scilicet per se petat necessaria ad salutem pie, & perseueranter.

Tract. 73. in Io. paulo a prin. to. 9. Et de uer. dom. Ser. 53. ar. p. ce. ad 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut Aug. dicit * super Ioan. Illud uerbum est cæci adhuc inuncti, id est, nondum perfecte illuminati, & ideo non est ratum, quamuis possit verificari, si intelligatur de peccatore, in quantum est peccator, per quem etiam modum oratio eius dicitur execrabilis.

Tract. 44. in Ioan. a medio to. 9.

AD SECVNDVM Dicendum, q peccator non potest pie orare, quasi eius oratio ex habitu uirtutis informetur: potest tamen eius oratio esse pia quantum ad hoc, quod petit aliquid ad pietatem pertinens: sicut ille qui non habet habitum iustitie, potest aliquid iustum uelle, ut ex supradictis * patet. Et quamuis eius oratio non sit meritoria, potest tamen esse impetratoria, quia meritum innititur iustitie, sed impetratio impetratur gratia.

In cor. ar. & q. 10. ar. 4. & q. 58. ar. 1. ad 3.

AD TERTIVM Dicendum, quod sicut dictum est oratio dominica profertur ex persona communioris Ecclesie: & ideo si aliquis nolens dimittere debita proximo, dicat orationem dominicam, non mentitur, quamuis hoc quod dicit, non sit uerum quantum ad suam personam: est enim uerum quantum ad personam Ecclesie, ex qua est meritum: & ideo fructu orationis caret. Quandoque tamen aliqui peccatores parati sunt debitoribus suis dimittere: & ideo ipsi orantes exaudiuntur, secundum illud Eccl. 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc de precanti tibi peccata soluentur.

ar. 7. ad 1.

ARTICVLVS XVII.

Super quæst. octuagesimatercia articulum decimumseptimum.

Vtrum conuenienter dicantur esse orationis partes, obsecrationes, orationes, postulationes, et gratiarum actiones.

In art. 17. dubium occurrit circa illud scilicet, quod in consecratione maxime mens debet eleuari in Deum, quoniam in consecratione tenetur sacerdos consecrans maxime ad exprimenda distincte uerba consecrationis, ac per hoc non potest maxime mens in Deum eleuari, quoniam quanto magis in Deum eleuatur, tanto minus attendit ad inferiora.

4. dist. 15. q. 4. artic. 3. Et Phil. 4. Et 1. Tim. 2.

Origenes h. mi. ultim. in March. trac. non multum remore ante med. to. 3.

AD DECIMUMSEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter dicantur esse orationis partes obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones. Obsecratio. n. u. e. q. d. adiu ratio, sed sicut Orig. dicit * super Mat. Non oportet q uir, q uult m. Euangelium uiuere, adiuuret aliu: si enim iurare non licet, nec adiuurare: ergo inconuenienter ponitur obsecratio orationis pars.

¶ 2 Præter. Oratio, secundum Damascenum, est petitio dicentium a Deo: inconuenienter ergo orationes contra postulationes dicuntur.

¶ 3 Præter. Gratiarum actiones pertinent ad præterita: alia uero ad futura: sed præterita sunt priora futuris: inconuenienter ergo gratiarum actiones post alia ponuntur.

IN CONTRARIVM est autoritas Apostoli ad Timoth. 2.

RESPON. Dicendum, quod ad orationem tria requiruntur, quorum primum est, ut oras accedat ad Deum, quæ orat: quod significatur nomine orationis: quia oratio est ascensus intellectus in Deum. Secundo, requiritur petitio, quæ significatur nomine postulationis, siue petitio proponatur determinate, quod quidam nominant proprie postulationem: siue indeterminate, ut cum quis petit iuari a Deo, quod nominant supplicationem: siue solum factum narratur, secundum illud Io. 11. Ecce, quem amas, infirmatur: quod uocant insinuationem. Tertio, requiritur ratio impetrandi quod petitur, & hoc uel ex parte Dei, uel ex parte petentis. Ratio quidem impetrandi ex parte Dei est eius sanctitas, propter quam petimus exaudiri, secundum illud Daniel. 9. Propter temetipsum inclina Deus meus aurem tuam: & ad hoc pertinet obsecratio, quæ est per sacra contestatio, sicut cum dicimus: Per natiuitatem tuam libera nos Domine. Ratio uero impetrandi ex parte petentis est gratiarum actio: quia de acceptis beneficiis gratias agentes, meremur accipere potiora, ut in collecta dicitur. Et ideo dicit * glossa ad Tim. 2. quod in Missa obsecrationes sunt, quæ præcedunt consecrationem, in quibus quædam sacra commemorantur. Orationes sunt in ipsa consecratione, in qua mens maxime debet eleuari in Deum. Postulationes autem sunt in sequentibus petitionibus. Gratiarum actiones in fine. In pluribus etiam Ecclesie collectis hæc quatuor possunt attendi, sicut in collecta

Trinitatis, quod dicitur: Omnipotens sempiternus Deus, pertinet ad orationis ascensum in Deum: quod dicitur: Qui desisti famulis tuis &c. pertinet ad gratiarum actionem: quod in fine ponitur: Postulationem: quod in fine ponitur: nos autem patrum * dicitur, q obsecratio p peccatis, oratio est aliq. Dicitur latio cum pro aliis petimus, sed pertinet ad gratiarum actionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, q

non est adiuratio ad complendum, quod prohibetur, sed ad misericordiam implorandum.

AD SECUNDUM dicendum, quod oratio communitur sumpta includit omnia quae hic dicuntur: sed unum quod contra alia diuiditur, importat processionem in Deum.

TERTIUM dicendum, quod in diuersis preteritis procedunt futura: sed aliquid unum & idem prius est futurum, quam sit praeteritum. Et ideo gratiarum actio de aliis beneficiis praecedit postulationem aliorum beneficiorum: sed idem beneficium prius postulatur, & ultimum cum acceptum fuerit, de eo gratias aguntur. Postulationem autem praecedit oratio, per quam acceditur ad Deum, a quo petimus. Orationem autem praecedit obsecratio, quia ex consideratione diuinae bonitatis, ad eum audemus accedere.

QVAESTIO LXXXIIII.

De Exterioribus actibus latritiae, in tres articulos diuisa.

OSTEA considerandum est de exterioribus actibus latritiae.

¶ Et primo, de adoratione, per quam aliquis suum corpus ad Deum uenerandum exhibet. Secundo, de illis actibus, quibus aliquid de rebus exterioribus Deo offertur. Tertio, de actibus, quibus ea quae Dei sunt, assumuntur.

CIRCA primum quaeruntur tria. ¶ Primo, Vtrum adoratio sit actus latritiae. ¶ Secundo, Vtrum adoratio importet actum interiore, uel exteriorem. ¶ Tertio, Vtrum adoratio requirat determinationem loci.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum adoratio sit actus latritiae, siue religionis.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod adoratio non sit actus latritiae, siue religionis. Cultus enim religionis soli Deo datur: sed adoratio non debetur soli Deo.

Legitur enim Gen. 18. quod Abraham adorauit angelos. Et 3. Regum 1. dicitur, quod Nathan Propheta ingressus ad regem Dauid, adorauit eum pronus in terram. ergo adoratio non est actus religionis.

¶ 2. Praeterea. Religionis cultus debetur Deo prout in ipso beatificamur, ut patet per Augustinum. in 10. de ciuita. Dei: sed adoratio debetur ei ratione maiestatis, quia super illud Psalm. 28. Adorate Dominum in atrio sancto eius, dicit glossa. De his attriis uenitur in atrium, ubi maiestas adoratur. ergo adoratio non est actus latritiae.

¶ 2. Praet. Vnius religionis cultus tri-

bus personis debetur: non autem una adoratione adoramus tres personas, sed ad inuocationem trium personarum singulariter genuflectimus: ergo adoratio non est actus latritiae.

SED CONTRA est, quod Mart. 4. inducitur. Dominum Deum tuum adraobis, & illi soli seruies.

RESPON. Dicendum, quod adoratio ordinatur in reuerentia eius, qui adoratur. Manifestum est autem ex dictis, quod religionis proprium est reuerentiam Deo exhibere: unde adoratio, qua Deus adoratur, est religionis actus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Deo debetur reuerentia propter eius excellentiam, quae aliquibus creaturis communicatur non secundum aequalitatem, sed secundum quandam participationem. Et ideo alia ueneratione ueneramus Deum, quod pertinet ad latritiam: & alia ueneratione quasdam excellentes creaturas, quod pertinet ad duliam, de qua postea dicitur. Et quia ea, quae exterius aguntur, signa sunt interioris reuerentiae, quaedam exteriora ad reuerentiam pertinentia exhibentur excellentibus creaturis, in ter quae maximum est adoratio: sed aliquid est, quod soli Deo exhibetur, scilicet sacrificium. Vnde August. dicit in decimo de ciuitate Dei. Multa de cultu diuino usurpata sunt, quae honoribus deferunt humanis siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera: ita tamen quod quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi, & uerandi (si autem multum eis additur) & adorandi. Quis uero sanctificandum censuit, nisi eum quem Deum aut sciuit, aut putauit, aut finxit?

Secundum reuerentiam ergo, quae creature excellenti debetur, Nathan adorauit Dauid. Secundum autem reuerentiam, quae debetur Deo, Mardocheus noluit adorare Aman, timens ne honorem Dei transferret ad hominem, ut dicitur Hester 3. Et similiter secundum reuerentiam debitam creaturae excellenti Abraham adorauit angelos, & etiam Iosue, ut legitur Iosue quinto. Quamuis possit intelligi, quod adorauerint adoratione latritiae Deum, qui in persona angeli apparebat, & loquebatur.

Secundum autem reuerentiam quae debetur Deo, prohibitus est Ioannes angelum adorare, Apoc. vlt. tum ad ostendendum dignitatem hominis, quam adeptus est per Christum, ut angelis equetur: unde ibi subditur, Confertus tuus sum, & fratrum tuorum: tum etiam ad excludendum idololatiae occasionem. unde subditur: Deum adora.

¶ 2. Praet. Vnius religionis cultus tri-

Aman hostem Iudaeorum: quoniam erat de stirpe Agag regis Amalechitarum, occisi a Samuel, 1. Regum 15. Sic ergo patet, quod conuenienter author mentem Mardochei interpretatus est. An autem prudenter in hoc egerit Mardocheus, cui sciret Iacob adorasse fratrem suum Esau, Gen. 33. & filios eius incogniti Ioseph adorasse, Gen. 43. & rationabile sit quod ipse more Persarum, adoraret pronus in terra rege, alia questio est, ex particularibus tunc occurrentibus pensanda. Factum autem Ioannis Euangelistae ad exteriorem tantum actum spectat, ita quod Ioannes nolebat diuinam reuerentiam Angelo exhibere, sed reuerentiam summam in exteriori actu, scilicet prostrationis, exhibere, quam licite facere poterat, cum haec possit etiam homini excellenti exhiberi, & exhibita fuerit, ut patet in predictis locis: sed quia ista tanta exterior reuerentia deberet seruari soli Deo, ut aliqua exterior reuerentia esset illi propria, ideo angelus dicitur prohibuisse eum a reuerentia debita Deo, ita quod sensus est, quod secundum reuerentiam exteriorem debitam Deo, hoc est, ex debito honestatis seruanda soli Deo, prohibitus est Ioannes in persona generis humani offerens praedecessorum suorum more reuerentiam exteriorem summam excellentibus creaturis, ne hanc exhiberet: sed soli Deo referret illam propter utramque rationem in littera allatam. Et haec de tota q. 84. sufficiant.

q. 81. art. 1. ad 3.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

AD